

39. *Victor Ebenbach* Magdeburgensis, in Conventu Hamerslebiano professus, Episcopo Hildesienfi collaborante, rursus in Præpositum electus & constitutus est: qui ædificia aliqua reparare, novum etiam templum construere incepit. Sed is brevi post ad antiquam suam domum recedens, Præposituram Sultanam dimisit.
40. *Johannes XII. Sunff* cognominis, electus anno 1584.
41. *Ludolphus Pauli*, professus in Sulda, electus anno 1611. Rexit annis circiter 8. vel 9. magnamque interea passus contradictionem ob re ædificationem domus decimalis *Farnbisen*.
42. *Nicolaus Moltban*, ex Procuratore Sultano, sat fedulo & accurato, in Præpositum electus, mortuus est anno 1624.
43. *Henricus Morsbach*, professus in *Clnsa Eberhardi*, rexit infeliciter, & Conventum multis gravavit debitis. Obiit anno 1630. vel 1631. Ab hoc anno 1631. usque 1641. nullus verus & stabilis fuit Præpositus ob belli tempora; nisi quod annis paucis fuerit.
44. *Johannes XIII. condictus Mimberg*, professus in Bödeken, qui brevi post resignavit. Anno 1632. in quadagesima Sulda rursus, una cum Ecclesia & aliis ædificiis, à civibus Hildesienfibus aliisque extraneis militibus est devastata & solo adæquata.
45. *Johannes XIV. Sollinger* Bodingensis, ab ordine in Præpositum constitutus, obiit anno 1656.
46. *Christianus Hasert*, Novesienfis professione & origine, ex Procuratore Sultano in Præpositum, post prædecessoris obitum electus & confirmatus, per 2 $\frac{1}{2}$ annos rexit laudabiliter, multis exsoluit debitis & ædificiis exstructis. Sed à conventu suo pristino in Priorem electus, ac errore postmodum interveniente, ab inceptis laudabiliter impeditus fuit. Obiit *Novesii*, ut emeritus Prior.
47. *Johannes XV. condictus Klumpenbauer* Novesienfis, cujus institutionem tanquam conditionatam & erroneam cum Præposito *Christiano* antedicto, conventus post aliquot menses incepta lite oppugnavit, donec anno 1662. 3. Februarii ipsi vitam, & litem mors abruptit & abscidit.
48. *Johannes XVI. Adriani* condictus, Belga Lovanii professus, ab ordine in Prædecessoris locum subrogatus, obiit anno 1667.
49. *Remboldus Ingmann* Novesienfis & professione & nativitate, ex Rectore *Rhenobereano* in Præpositum hujus loci electus, præfuit annis 9. Obiit anno 1676. in Festo S. Luca.
50. *Theodorus Kox* Novesienfis. Hic in Sulda professus, ex Pastore Ecclesiæ *Borsumensis* in Præpositum electus, præfuit & profuit annis 8. debitis nonnullis laudabiliter solutis & regulari disciplina promta; vir doctus, prudens & discretus, obiit pleuritide anno 1684. 23. Septemb. Cujus defuncti in locum, canonicè eodem anno, 22. Octobris electus, successit, qui locum ejusdem viventis in administratione Parochiæ *Borsumensis* per annos quatuor tenuerat.
51. *Josephus Eulert*, ex *Ochterfumb* prope Hildesiam oriundus, hujus domus professus; ex Curato in *Borsum* in Præpositum Sultanum electus, præfuit annis 24. Plura extruxit in & extra Conventum ædificia, juraque domus defendit acerrimè. Jus Patronatus in *Arbergen*, alioquin Principi ac Episcopo Hildesienfi competens, permutavit cum jure Patronatus in *Gödring*, Sultanis nostris antea competente, per quam permutationem non exiguum domui procuravit emolumentum. Obiit 8. Martii 1708.
52. *Johannes Casparus Zeppenfeld*, ex *Steinbrück* castro Capituli Hildesienfis oriundus, hujus domus professus, 22. Martii 1708. eligitur in Præpositum, postquam antecederet annis duobus Procuratorem in Sulda, & primum Pastorem in *Arbergen*, post ejusdem Parochiæ incorporationem, in septimum annum egerat.



L.

DESIGNATIO MONASTERIORUM
ORDINIS S. BENEDICTI
CONGREGATIONIS BURSFELDENSIS
PER GERMANIAM, VIRORUM DUNTAXAT.



Res per universam Germaniam congregationes Ordinis S. Benedicti olim vignerunt, MELLICENSIS videlicet, CASTELLENSIS & BURSFELDENSIS; quarum duæ priores à multis retro annis dissolutæ atque extinctæ fuerunt, ita ut sola congregatio Bursfeldensis usque modo superfit. Cujus quidem congregationis Monasteria sunt 142. exceptis Monialium Monasteriis, prout

prout ex libro Capitulum Annalium ejusdem Congregationis constat, quorum nomina, in infra scriptas classes distincta, sunt hæc:

PRIMA CLASSIS, continens nomina Monasteriorum, quæ usque modo laudabiliter & in observantia regulari, & in obedientia annalis Capituli perseverant.

IN Diœcesi LEODIENSI:

- S. TRUDONIS in oppido ejusdem S. Trudonis in Hasbania.
- SS. Petri, Pauli, & Exuperii in Gemblaco.
- SS. Petri, Pauli, & Medardi Fleiderbacense, modo intra muros urbis Lovaniensis.

IN Archiepiscopali Diœcesi COLONIENSI.

- S. Pantaleonis, in Civitate Coloniensi.
- S. Martini Majoris, in eadem civitate.
- S. Heriberti in Tuitio.
- S. Nicolai in Brawiler.
- S. Alexandri in Graffschafft in districtu Westphaliæ.
- S. Ludgeri in civitate Werdinensi.
- S. Viti Martyris in civitate Gladbacensi in terra Montenfi & Juliacensi.

IN Archiepiscopatu TREVIRENSI.

- S. Matthiæ extra civitatem Trevirensis.
- B. Mariæ ad Martyres, extra eandem civitatem.
- S. Martini, intra mœnia ejusdem civitatis.
- S. Mauritii & sociorum ejus in Tholeja.
- S. Ludwini Mediolacense.
- B. Mariæ in civitate Luxemburgenfi.
- B. Mariæ & S. Nicolai Lacense.
- S. Florini Schonawienfè.

IN Archiepiscopatu MOGUNTINENSI.

- S. Jacobi in monte specioso, extra muros civitatis Moguntinæ.
- SS. Marcellini & Petri in civitate Selingenstadiensi.
- S. Petri in civitate Erfordienfi.
- B. Mariæ Steinense
- S. Michaelis Gerodense } in Eixfeldia, utrumque Monasterium ab adversariis nuper exustum.
- S. Johannis Baptistæ in Rinckauvia, nuper occupatum ab Archiepiscopo.

IN Episcopatu PATERBORNENSI.

- S. Viti Corbejenfis, in Saxonia inferiori.
- SS. Petri & Pauli Abdinckhovenfè in Paterborna.
- B. Mariæ Müntfrenfè.

IN Diœcesi HILDESHEIMENSI.

- S. Michaelis in Hildesheim.
- S. Gothardi ibidem.

IN Diœcesi MONASTERIENSI.

- SS. Cosmæ & Damiani Leisbornense.

IN Diœcesi OSNABRUGGENSI.

- S. Clementis Iburgense.

IN Diœcesi HALBERSTADENSI.

- S. Laurentii Huysburgense.
- Item Monasterium Ammerslebenfè paret adhuc.

Gggggg 3

IN

IN DIOECESI ARGENTINENSI.

- B. Mariæ Gengenbacense.
 SS. Petri & Pauli Schwarzachense,
 S. Mariæ Schotterense.
 S. Landelini five Ethonis.
 S. Cyriaci in Altorpio prope Molshemium.
 S. Mauritii Monasterium, Apri appellatum.
 S. Mauri prope Tabernas Alfáticas Monasterium, in Hugeshofen.
 In Diœcesi MINDENSI SS. Simonis & Mauritii in civitate Mindenfi.

Omnia sunt quadraginta unum.

CLASSIS SECUNDA continens Monasteria, quæ licet sub Episcopis, Romanæ sedis addictis, sita sint, Capitulum tamen annale ab aliquot annis non sunt secuta.

In diœcesi BAMBERGENSI.

- S. Michaelis Archangeli in monte Monachorum prope civitatem Bambergensem.

In diœcesi BRUGENSI.

- S. Andreæ apud Brugas Flandrorum.

In diœcesi CONSTANTIENSI.

- S. Benedicti in Albersbaco.

In diœcesi HERBIPOLENSI.

- S. Stephani in civitate Herbipolenfi.
 S. Jacobi, quod fuit Scotorum in eadem civitate : sed anno 1497, ut in Chronica Tritheimii, à Scotis ad Germanos autoritate sedis Apostolicæ, sed modo iterum ad Scotos, voluntate Episcopi Julii, & Statuum patriæ translatum 1595.
 S. Felicitatis Schwarzachense.
 S. Felicitatis in Theris.
 Monasterium Neostadianum, vulgo ad Mœnum.
 Monasterium Panz.
 Monasterium in Ramburgh, forte Sanct. Burchard.
 Monasterium Auragia appellatum, prope civ. Kyzingen.
 Monasterium in Felstorff. (Feielstorff)
 Monasterium in Munchenroden.

In diœcesi MECHLINIENSI.

- B. Mariæ Elamenfè ad Schaldin fl. in Flandria.
 S. Petri in Afligenis.

Omnia sunt XV.

CLASSIS TERTIA, continens Monasteria, quæ sub Episcopis Protestantibus sita, Conventuales, vel Protestantes vel Regulam sui Ordinis minus observantes fovent.

In Diœcesi BREMENSI.

- S. Pauli in civ. Bremenfi.
 Monasterium in Hafefeld.
 Monasterium Stadenfè in oppido Stadenfi.

In diœcesi HALBERSTADENSI.

- Monasterium in Isenborg.
 Monasterium in Rinsdorff.
 In Episcopatu LUBECENSI Monasterium, Cella Mariæ dictum, alias Elwestorff.

In

In Primatu MAGDEBURGENSI.

SS. Petri & Pauli Ameslebiense prope Magdeburgum.
 Monasterium Bergenſe S. Johannis extra muros.
 S. Laurentii Hildeslebiense.

In Episcopatu MERSBURGENSI, Monasterium Mersburgense, prope muros ejusdem civitatis,

Sequitur CLASSIS IV. continens Monasteria, quæ sub diversis Principibus Protestantibus secularibus sita, & à Congregatione avulsa, vel Abbates Protestantes, vel prorsus nullos fovent.

In Comitatu ANHALT.

Monasterium Monigen Diœcesis Magdeburgensis.
 Monasterium in Ballenstedt Diœcesis Halberstadenſis.

In Marchionatu Badenſi.

Monasterium Gotſchaw Diœcesis Spirensis.

In Monarchionatu Franconico.

Monasterium in Munchenaurach Diœcesis Herbipolenſis.

In Ducatu Brunſuiceniſi.

Monasterium S. Thomæ in Bursfeldia, Diœcesis Moguntin.

In Rheinhausen Diœcef. Mogunt.

In Northeim Diœcef. Hildesheimenſis.

In Koningslutter Diœcef. Halberstadenſis.

In Cluſa Diœcef. Hildesheimenſis.

In Ringelheim Diœcef. Hildesheimenſis.

S. Ægidii in civ. Brunſuiceniſ. Diœcef. Hildesheimenſis.

Monasterium Schumenſe.

In Oldensleven Diœcef. Moguntinæ.

Poſaviense.

In Dania oratorium Daniæ Diœcesis Aruffienſis.

In Ducatu Geldriæ Monast. Huelsberg.

In Comitatu Hanouw Monasterium Odenheim Diœcef. Spirensis.

Monasterium Hirsfeldense }
 in Hafungen } Diœcef. Mogunt. & Treverenſis.
 in Bredennaw }
 in Grünawen }

In Comitatu Henneberg. Monasterium in Bretlungen Diœcef. Mogunt.

In Comitatu Hojenſi Monasterium Schinna Diœcef. Mindenſis.

Sub ditione HOLLANDORUM.

Monasterium S. Pauli in Ultrajecto Diœcef. Ultrajectenſis.

Item

Item Monasterium OESBROCK Diœcef. Ultraject.
 Monasterium in Egmonda Diœcesis Harlemensis.

In Ducatu LUNENBURGENSI.

Monasterium in vetri Ulzen sive Oldenstadt Diœcef. Halberst.

In Comitatu Mansfeld.

Monasterium in Wimmelburg Diœcef. Halberst.

In Ducatu Megapolensi.

Monasterium Wismariense.

In Civit. Nuremberg.

Monasterium S. Ægidii Diœcef. Bambergensis.

In Frisia Occidentali.

Monasterium S. Odulphi in Stauria Diœcef. Leovard.

Monasterium in Fossardia (Foswerden) alias Bethania, Diœcef. ejusdem.

IN PALATINATU.

Monasterium B. Mariæ & S. Martini in Spanheim Diœcef. Moguntin.

in Limburg Diœcef. Spirensis.

in Urauen sive Uhraugia D. Herbipolensis.

in Wissenburg in Alsatia Diœcef. Spirensis.

IN THURINGIA.

Monasterium in Reinhartsborn Diœcef. Moguntin.

in Sclætorff.

in Pegavia.

in Nawenburg juxta murum civitatis.

in Goseck.

IN COMITATU WALDECK.

Monasterium Hulmershusen Diœcef. Paderborn.

in Flectorff Diœcef. Colonienfis.

Hæc fere sunt nomina Monasteriorum Virorum (quanquam & alia esse non dubitemus) Ordinis S. Benedicti Unionis Bursfeldensis, ex libro Capitulorum Annalium ejusdem Congregationis excerpta, sub quibus diversa insuper Monasteria Monialium sunt, quorum nomina hic non recensemus; quæ tamen iisdem privilegiis gaudent, quibus ipsa Monasteria Virorum Ordinis Congregationis Bursfeldensis.

